Quelle: https://manuscripta.at/?ID=924
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



54

fuerit relevata tandem ex persuasione bonorum hominum tumbam bti Leopol
di ex voto cum oblacione cerea ac baculi sustentacionis magis cum doloribus
visitassem ibidem suas ad bum Leopoldum vt is suis meritis et intercessione
a deo omnipotenti ob sanitatem sui lesi pedis impetraret devotius orones
effunderet ac pedem lesum tacta tumba linieret statim omis dolor
ab ea recessit inflatura disparuit et fluxus cessauit dimisso baculo
sero sustentacionis tumba sana et gaudens in domum est reuersa Cre
dens fieri id ex meritis beati Leopoldi accidisse Cuius rei contestes sunt
honesti Johannes Nurenberg predictus dicte testis hospes et Georgius
Lehnar eiusdem Johannis vicinus qui post iuramentum medijs affir
mat depositorum dicte testis quia viderunt eam p tpus supra specificatum
in pede sinistro inflata et fluxum in eodem habere ac cum baculi sustentacione
graueter incedere et dum tumbam predicta ex voto visitassem et ab eo tempore
viderunt eam sanam et hodie sana existit prout et nos Subdelegati predicti
eandem testem coram nobis ut pfertur comparentem vidimus in dicto pede
incolume et pfecte gradiente Dorothea relicta quondam Thome plode
et Barbara vxor Stephani Scheybenarff delatores de Nerenburga
claustrali contestes honeste dame vxoris Johannis Salzburger de Nerenburga
claustrali tertiesmecquarte testis in ordine primi examinis poste medijs
suis iuramentis dixerunt se dictam Annam p tpus in depositione contentum
sua in manibus et pedibus contracta et in lecto egritudinis decumbente
vidisse Et dum ad tumbam bti Leopoldi votiua adducta fuisset melius
habere cepit et post paucos dies integre sanitati est restituta prout
sana existit Floriannus filius Johannis Czyph de Seto floriano
laycus solutus patrimen dioc. Etatis sue Annorum Triginta duorum vel
circa contestis Agathe Fridberg de Nusdarff predicto testis sexti cum principij
processus in ordine posti interrogatus medio suo iuramento dixit deposita
p eundem Agatham fore vera causa sicuti allegatum quia eo tnc ipsius
fuit familiaris extiterat et vector ppinaque in miraculo descriptaque versus
Nerenburga et tumbam bti Leopoldi viderit et ipsam cassa vna cum
curru et vno equo, altero equo cui ipse testis insidebat in Strata re
manente per declinium montis versus flumen danuby in vna vinea
plena fustibus accidisset ita et rotis currus tendentibus ipse ipsum sub curu
iacuerit quod videntes pistatores in dicto flumine danubij piscantes statim
illuc applicantes et curru de ipsis pdicti Leonis cassa ipsum vna cum equis
illesis inuenerunt que vna cum curru ad viam reducte votum sanc com
pleuerunt